

der Mitglieder des Prediger-Ordens.

45

venvelt, preposito Ymbriacensi*, Hermanno de Stogkach, Hainrico de Stainegg, Alberto de Castello** et Cånrado¹, dapifero de Dyessenhoven***, canonicis ecclesie Constanciensis, Angnes, priorissa, totusque conventus sororum monasterij in Lewental, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum Predicatorum vivencium, reverenciam debitam et oraciones in Christo devotas, pietatis vestre recognicionem debita et devota graciaram actione unanimiter inclinantes ac.... pro viribus respondere cupientes, nec valentes ad placitum patris et domini reverendi humili supplicacione succedentibus temporibus clemenciam salvatoris impulsabimus incessenter, ut ipse, qui sibi fieri reputat, quod pro ipso suis humilibus indulgetur, pro impensa nobis desiderata gracia vestre respondeat benignitati, quod ut facilius¹ inpetrare mereamur, obligamus nos nobisque succedentes, quod festum beatissimi martiris² Pelagij in crastino beati Egidij confessoris, festum quoque sancti Cånradi, episcopi et confessoris secundum cursum calendarij solempniter exnunc in antea celebrabimur, cum ipsorum proprijs hystorijs, sicut in choro Constanciensi fieri consuevit, vos quoque omnium oracionum, jejuniorum, abstinenciarum, vigiliarum, laborum, ceterorumque honorum tenore presencium participes facimus, que per sorores memorati monasterij nostri fieri dederit clemencia omni largitoris. Insuper tenore presencium obligando promittimus, quod dies obitus singulorum virorum calendario nostro, cum nobis innotuerit, fideliter annotabimus, vestrosque anniversarios, nec non felicis recordacionis dominorum, Alberti de Castello, prepositi sancti Stephani, et Rådolfi de Wildenstein, canonicorum supradicte Constanciensis ecclesie, cum missis et vigilijs defunctorum succedentibus annis celebrabimus bona fide sollempniter, sicut cadunt. In cuius obligacionis testimonio sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum in Lewental, anno domini millesimo tricentesimo vicesimo sexto, quarto nonas Junij [2. Juni], indictione nona.

Constanzger Copiebuch 8 fol. 65^b.

Neidingen (Curia b. virginis Mariae).

Ueber das Dominicaner Frauenkloster Maria Hof zu Neidingen in der Baar unweit Donaueschingen hat Fickler in den Programmen des Gymnasiums in Donaueschingen 1845 und 1846 eine kurze Monographie geliefert und dabei das Anniversarienbuch dieses Klosters abgedruckt.

¹ facilius, Hf. ² Die Hf. hat nris statt mris.

* Umbrach im Kanton Zürich. ** Steinwegg und Casteln im Thurgau. *** Der Bruder des Geschichtschreibers.

Erst 1306 soll dasselbe nach Fickler in den Dominicaner-Orden aufgenommen worden sein. In der Ordensstatistik von 1303 bei Quetif a. a. D. I. p. X. steht Neidingen auch nicht, aber es könnte sein, daß unter dem daselbst als 30. aufgezählten Kloster alterum in terminis conventus Rothwillensis Neidingen verstanden ist. Daß aber schon 1244 Dominicanerinnen in Neidingen waren, geht aus der Urkunde Zeitschr. Bd. 8 S. 484 unzweifelhaft hervor, denn von Neidingen kamen die ersten Nonnen nach Wommenthal. Eine Urkunde von 1244 und die folgende Bulle kennt Fickler nicht. Schon 1413 soll nach Fickler das Kloster Neidingen verarmt gewesen sein. (S. a. a. D. S. 7.)

Ueber dasselbe geben die tabulae Cistercienses folgenden Aufschluß: das Kloster curia b. Virginis Mariae (Marienhof) sei von virgines devotariae (Inclusorium Beginarum in vico Almanshoven) gestiftet, von den Grafen von Fürstberg restaurirt und 1584 in den Orden von Cîteaux aufgenommen worden, visitator ordinarius sei Salem. Die Beginen von Almanshofen hatten den Dominicaner-Orden in Neidingen angenommen. Die ersten Cistercienserinnen kamen vom Kloster Lauringen. Petri suevia eccles. übergeht das Kloster Neidingen ganz.

29. Januar 1463.

Pius, episcopus etc., dilecto filio abbati monasterii Celi Porte* Constantiensis diocesis, salutem etc. Sedes apostolica, pia mater, recurrentibus ad eam cum humilitate personis, presertim religiosis et feminei sexus, post excessum libenter se propiciam exhibet et benignam. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Verene de Bluomnegk, sororis ordinis heremitarum sancti Augustini sub cura fratrum Predicatorum professe, petitio continebat, quod olim cum ipsa in domo sive conventu: „uff hoff ze Nidingen“**, eiusdem ordinis, Constantiensis diocesis, cum animi sui quiete et sana conscientia remanere non posset, pretextu quorundam ex certis causis surrepticiarum ab olim concilio Basiliensi sibi concessorum de dicta domo sive conventu ad monasterium sancti Fridelini in Segkingen, ordinis s. Augustini canonicorum regularium, dicte diocesis, se transtulit, in illoque sub earundem confidentia ac vigore quarundam aliarum litterarum ab eadem sede obtentarum, in quibus dictum monasterium sancti Fridelini, ordinis sancti Benedicti, fore exprimebatur, et in quo per decem et octo annos*** permansit et deget de presenti propterque excommunicationis et alias sententias, censuras et penas

* Thennenbach, Cist.-Kloster bei Freiburg. ** Auf dem Hofe zu Neidingen. *** Sie ist also um 1445 in Neidingen ausgetreten.